

oem. Et in istos primum quos nobis  
 præponis, deinde & in te ferrum strin-  
 gemus. Quod in multos Imperatores  
 & quidem leviores ob causas, feci-  
 mus.

## Oratio Sylvestri ad Con- stantinum.

**P**Rinceps optime, ac fili Cæsar.  
 Pietatem quidem tuam tam  
 pronam, tamq; effusam, non pos-  
 sum non amare atque amplecti,  
 veruntamen quod in offerendis  
 Deo muneribus, immolandisque  
 victimis non nihil erres, minimè  
 demiror, quippe qui adhuc es in  
 Christiana militia Tiro.

Ut non decebat olim à Sacerdo-  
 te omnem pecudem, feramque, &  
 ovem sacrificari, ita non omne ab  
 eodem accipiendum est munus.

G

Ego